

Audi autem. Et nolite se quid cor alienos
neque colatis eos et habitabitis in terram
quam dedi vobis et patribus vestris et non incli-
nastis aurem vestram neque audistis me.
Firmaverunt igitur filii ionadab filii rechab
preceptum patris sui quod preceperat eis.
Ppater autem iste non habediuit michi. Idcirco
et dicit dominus exercituum dominus israel. Ecce
ego adducam super iudam et super habitatores
hierusalem universam afflictionem quam
locutus sum adversum eos. eo quod locutus
sum ad illos et non audierunt. Vocavi illos
et non responderunt michi. Domui autem
rechabitarum dixit hieremias. Haec dicit
dominus exercituum dominus israel. Pro eo quod obedistis
precepto ionadab patris vestri. et custodistis
omnia mandata eius. et fecistis universa
quae precepit vobis. Propterea haec dicit
dominus exercituum dominus israel. non deficiet vir
de stirpe ionadab filii rechab stans in con-
spectu meo cunctis diebus.

Et factum est in anno quarto ioachim
filii ioseph regis iuda factum est verbum hoc
adhuc in miam ad domino dicit. Tolle volumen
libri et scribes in eo omnia verba quae locu-
tus sum tibi adversum israel et iudam. et
adversum omnes gentes adaequal locutus sum
ad israel et iudam et adversum

domum domini in gazophylatio in gamarie
filii saphan scribe in vestibulo superi
et in introitu portae novae domus domini.
audiente omni populo. Cumque audisset
micheas filius gamarie filii saphan.
omnes sermones domini ex libro. Descendit
in domum regis in gazophilatium scri-
be. et ecce ibi omnes principes sedebant
helisama scriba et dalaia filius filius
semeriae et helnathan filius achobor.
et gamarias filius saphan. et sedechias
filius ananiae et universi principes.
Et nuntiavit eis micheas omnia verba
quae audiuit legentem baruch ex volu-
mine in auribus populi. Miserunt itaque
omnes principes ad baruch iudifilium na-
thaniae filii selemiae filii chusi dicentes.
Volumen ex quo legisti audiente populo su-
me in manu tua et veni. Tulit ergo ba-
ruch filius nerie volumen in manu sua.
et venit ad eos. Et dixerunt ad eum.
Sed et lege haec in auribus nostris. Et legit
baruch in auribus eorum. Igitur cum au-
dissent omnia verba obstupuerunt unum-
quisque ad proximum suum et dixerunt ad
baruch. Nuntiare debemus regi omnes
sermones istos. Et interrogaverunt
eum dicentes. Indica nobis quomodo